



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

24. Octobris. O mi Deus! O summum bonum! quomodo me tam foedum  
peccatorum toleras? S. Ignat. apud Ribad.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

virtutis, non naturæ, impulsu ducitur. Possunt  
sunt venena, cur adversa non possint me-  
delam facere?

24. Octobris.

*O mi Deus! O summum bonum! quomodo  
me tam fœdum peccatorem toleras? S.  
Ignat. apud Ribad.*

**Q**uidquid sordium hætenus orbis  
habuit, tantam non creat mephitim,  
quantam alit anima peccatoris. Nulla tam  
à sordium colluvie fœda est latrina, ac  
conscientia peccato sordidata.

Frustra corpus vestitur bysso, & purpu-  
râ, inanis est, quo capillos imbuis, odor cina-  
namomi, in cassum facies cerusâ pingitur,  
si fœditas in anima latet, sepulchrum et  
ornatum foris, plenum intus putredine.

Anima! imago Dei, naturæ divinæ par-  
ticeps, cœli olim hæres, nunc à scelere fit  
monstrum, quo nullum magis horrendum  
Africa peperit, titio inferni, diaboli manci-  
pium, horror Angelis, abominatio Deo.

Et hoc propter quid? ob momentaneam  
voluptatem, ob fumum honoris. O mortu-  
les! amate innocentis animæ pulchritudi-  
nem! decor filia Regis ab intus, non emite  
tanti sordescere.

25. Octo.